

dīcō
Adaertencias para

alicubi necessarius est minister, vel propter personę promouendę eminentiam. Et quoniam hæc concessio Papę est data in favorem animarum, est largissimē interpretanda. ca. Oiim, de verbo, signi. cap. Odia. de reg. iu. In. 6. Et in casu posito dispensare possunt R. P. Prouinciales secundū id, quod ponit Cōcilium Trid. Sess. 25. de Reformatione cap. 18. Et cum dicat B. Pau. i. Cor. 13. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem, & non in destructionem vestram non erubescam. Ex qua quippe auctoritate B. Bernardus Doctor mellifluus in lib. de Precepto & dispensatione intulit. Quæ [inquit] introducta sunt pro charitate, non debent militare contra charitatem. Cum enim omnia Summorum Pontificum decreta sint introducta ad edificandum, & pro charitate Dei, & proximi, non debent charitatem destruere: neq; contra eā militare, quod tamen posset quandoq; contigere, si solum in capitulis Prouincialibus R. P. Prouinciales possent suis subditis concedere licentiam exercendi prefata. Ponatur, q̄ in aliquo loco extra capitulū Prouinciale post multos dies cele